

ab usu & loco, duo. Vulgaris, quae conjugis, ac sacrificiis adhibebatur, & Theatralis. Hujus species tres, pro modo, numero, genere fabularum. Una in Tragedia, quam vocantur *ἐπιμύθου*: gravis ea, & composita: quemadmodum vox ipsa, quoque declarat. Altera in Comedia, solutior licentia: *ὑψηλὴ* dicta. Tertia lasciva, inconstans, in Satyris appellata *οὐαρτίε*, cujus etiam meminit Euripides, *idem*.

Scribit *Plut. lib. 9. Con. quest. 15.* Saltationis esse partes tres *ὄρχησις*, & *δῶρον*, rationem, schema, demonstrationem. Si quidem confurgit saltatio ex moribus, & habitibus: sicut melios ex diphthongis, & diastematibus, hoc est, ex sonis, & intervallis. Hic verò mansiones motuum fides sunt. Ergo *ὄρχησις* vocant motus: schemata verò habitus, ubi Apollinis, aut Panos, aut cuspium figuram, & modum effingentes, graphicè formam servant. *Δῶρον*, non imitationem habet, sed rerum subjectarum demonstrationem. Et quidem schemata figuram, & simulachra adumbrat. Phora motum aliquem animi, vel actionem, vel facultatem exprimit. Dixi propriè ipsas offendunt res, terram, caelum, ipsos assistentes: quod ordine quodam, & numero efficiunt, atque affine est appellationibus in arte poetica propriè cum elegantia quadam, & nitore prolatis.

Veteres saltationem per genera, & modos distinxerunt: ut Podiformis, & Siphiformis, Comus, & Tetracomus in hōtium congressu fierent. Colabiformis, Phallicus, BaGriatimus, Stobilus, Apocinus, & Apollinis, aliaque saltationum genera, diverso quoque gestu, & modo erant in quotidiano magis usu frequentia. *Alex. lib. 2. cap. 25.*

Julius Pollux lib. 4. cap. 14. inter varia saltationum genera commemorat *ἐπιμύθου* tragicorum, *κέρδου* comicorum, *σκιωρίδα* fatyricorum, *πυρρῆσις*, ac *πυρρῆσις*, quas *ὑψηλὴ* vocat, quod armati saltarent, unde *ἔριος* dictum indicat, quod gladiis perageretur, & *πυρρῆσις*, quod mira pedum celeritate corpus circumageant. Item commemorat, & alia saltationum genera, quae belli habebant imaginem *κέρδου*, & *σκιωρίδα*, quam ait Herculi fuisse sacram. Rursus aliam, quam *κέρδου* dixere, quae & ipsa armis peragebatur. *Plato de legibus 7.* docet, duo potissimum saltationis genera fuisse, alterum bellicum, ac tumuluosum, quod Pyrrhiche dicebatur, alterum moderatius, quod *ἰμύθου*, & scholasticum in *DiadoC Homericæ* c. commemorat tria saltationum genera, Pyrrhichicam, Scivinniam, quae pertinet ad sacra, & Scordacisimum, qui fit indecorus, & prophanis conveniens.

Pyrrhiche nomen sumptit vel à Pyrrho Achillis filio, quod *Plinius lib. 7. cap. 56.* sentire videtur, scribens, Armatam saltationem Curetes docere, pyrrhichem Pyrrhus, utramque in Creta. Vel, ut putat Athenæus, à Pyrrhicho Lacedaemonio: sunt enim bellacissimi Lacones, apud quos peculiaris erat hæc saltatio, quam mox à quinto anno pueri discabant, quod illi vocant *πυρρῆσις*, & Pyrrhichistæ dicuntur hoc genus exercentes. Tranquillus ludum ipsum Pyrrhichem Trojam vocari scribit. Festus Iulum equestrem puerorum vocant. *Virgilius lib. 5. Æneid.*

Trojaque nunc pueris Trojanum dicitur agmen. Hæc est Platonis loco citato vitiatione omnium plagiarum, ac jaculorum deflexione corporum, omnique cedendi ratione, & submissio, ac subsultibus in altum, imitatur. Rursum his contrariis gestibus, qui conducunt ad corporis motus, agilitati parandæ idoneos, qui tum in arcuum pucationibus, & tum in hastilium missionibus, denique in omnium plagiarum imitationibus simulachra pugnae student imitari. In quibus illud rectum, quando robustiorum corporum, & magnorum animorum fit imitatio, quae adhibita plerumque confert ad corporis membrorum firmitatem: quod autem his contrarium est, ut non rectum improbat. Pyrrhiche pugnae genus elegantiter depingitur ex Xenophonte apud Athenæum lib. 1. in convivio Scythæ Thracum Regis, quando inquit: Thracæ ad tibiam saltabant, subsultebantque in altum, quod leviter, interim utentes gladiis. Tandem alter alterum feriebat, sic ut omnibus videretur hominem percussisse. Ille verò artificiosè quodam caderet, moxque omnes exclamabant. Tum is, qui percussisse videbatur, cum alterum armis spoliasset, exhibat, canens Sitalcam. Porro cæteri Thracæ, alterum efferebant veluti mortuum, cum nullo esset affectus malo.

Acoliasmus saltatio erat Bacchi dicata festis, quae vocant Alcolia, quod theatri medio utres, quos vocant *ακόλι* inflatos, obundatose, uno tantum insilirent pede, ut delabentes risum excitarent. Hoc agere apud Græcos dicitur *ἀκολιάζω*. Ad quod apertissime *Virgil.* respexit *Georgicon. 2.* illo versu:

Mollibus in pratis unctos saliere per aëres. *Cæli. lib. 5. cap. 3.*

Castorium vocatum tripudium in honorem Castoris à Lynceis casti fuit institutum, de quo meminit *Pind.* in *Pythias in Hierone*. In eo armati juvenes tripudiabant. Alii dixerunt ab Diocuris post victos gigantes in tripudium fuisse execogitatum, atque Palladem legem Enopliam fuisse execogitatum, Lacones cum tibus in acie instructi adversus hostes usurparunt. Nonnulli à Curetibus inventum inquit. *Natalis Comes Mythol. lib. 8. c. 9.*

Proditur memoria, Theſeum in Delum insulam appulsum ex Creta, inibi saltationem inisse cum pueris, quæ Labyrinthi præferret errores orbibus impediens, apud aram *σπαρτάνη*, ex finistris modò compactam comibus. *Cæli. lib. 5. cap. 3. Antiq. Lecti.*

Sunt, qui putent, duo saltatorum genera Homerum novisse Cybisteras, & Sphæristas, qui sphaera uterentur, sive pila, unde & Sphæristica dicitur. Hujus inventionem Anagallis Corcyra grammatica Nauticea ascribit, ad civis fortissimam: at Diacæarchus eas Sicyoniis attribuit. Hippafus verò Lacedaemonios & hanc exercitationem, & alias primos invenisse affirmat, quam solum inter herolicas se circumvolventem Homerum inducit. *Athen. lib. 1. cap. 8.* Aristonicum Carysium Alexandri fuisse sphaeristam, prodit historia, quem ob artis excellentiam civitate donavit Atheniensis, statua quoque erecta.

Cybisteres videtur esse, qui in caput saltant, quod *κέρδου* dicunt, in caput mittere. *Cæli. lib. 5. cap. 3. A. L.* Cognovit etiam Homerus eam, quæ fit ad cantum, saltationem. Nam Demodoco canentes juvenes pubescentes saltabant, atque in armis. Significatur autem hic saltandi mos, qui Pindari, & Xenodemi temporibus floruit: ea imitans, quæ in ipsis verbis interpretatis continetur: quam factam fuisse in convivio Scythæ Thracis Xenophon in *Ascensu* describit.

Gentiles sunt saltationes, Laconica, Træzeniorum, Cretica, Jonica, & Mantinea, quas omnibus aliis Aristoxenus præponit. *Athen. lib. 1. cap. 16.*

Lacones Tyrtaei poemata in bello commemorantes concinnam faciunt motionem. Scribit Philochorus, quod etiam Lacedaemonio Melfeniis vicissent, Tyrtaei poematis inflammati, consuetudinem eam observant, ut si cœnas essent facturi, ac Paena cantantur, Tyrtaei poemata canerent, Imperator exercitus djudicabat, canemque dabat præmium victori. *Athen. lib. 14. c. 12.*

Lacedaemonii Trichorea utebantur saltatione, ex instituto Lycurgi. *Plut. com. de Laude suisiphus, & Diogenianus in Græcorum adagiorum collectione.* Confabatur autem ea saltatio triplici choro, senum, puerorum, juvenum. Senum prima erat cantio:

Αἴμας πῶρ ἢ δὲ κερὶν νεανίαι, id est,
Νὸς ἴμους ὀλιμ ἱρεμὶν ἰουενεὺν.

Secunda puerorum:

Αἴμας ἢ γ' ἐσθμῆδα πολλὰ κέρδου, id est,
Πρῆσταντορες νόσ φουρι ὀλιμ ἴμους,

Tertia juvenum:

Αἴμας ἢ γ' ἢ κέρδου, ἰδίωσιν ἀνιπῆδα, id est,
Αἰ νόσ ἴμους: ἢ ἢ ἢ κέρδου, ἢ ἢ ἢ κέρδου.

Hunc chorum instituit Tyrteus, juxta triplex ætatum discrimen. Nam puericia ingressus est vite, virilis ætas progressus, senectæ exitus. *Erasm. in Julio Polluce, & Plut. Lycurg.*

Idem saltationem Bibasim dictam, tanquam ad bella utilem, ut gressu composito incederet, inter quotidianas disciplinas habuerunt: & ut concinna fieret motio in aggrendendis hostibus, pueri nudi saltare didicerunt. Proponebantur præmia non pueris modò, sed pueris quoque. Saltu erat opus, interimque nates pedibus contingere. *Cæli. lib. 5. c. 3. & Alex. lib. 2. c. 25. ex Quintil. lib. 1. Institut. orat.*

Ante aulæ Septentrionalium Principum hyeme ignes maximi ex abjectis lignis fiunt. Quorum fragore, ceu tympaniscitatis Satellites, & Aulici, circum ignem choreas tanto impetu in gyrum ducunt, ut necesse sit postremum quenque in ignem precipitari. Inde extractus, in sublimi throno positus, ob ignis regii violationem cyathum cerevisiæ generosioris ebibit. *Olaus lib. 15. c. 27.*

Q. U. I.

Populi.
* Jones saltationis studiosissimi, Hinc *Horatius.*
Motus doceri gaudet Jonicos

Matura virgo.
* Sybarites non solum seipos saltantes introducebant convivii, sed etiam equos.

* Indi, teste *Arriano*, elephantos docebant saltationem; eosque in ea exercebant.

* Macedones etiam saltationibus dediti. Vide *Leonid. lib. 2. cap. 91.*

Pueri.

Cretensium pueri simul congregantur: educanturque duriter, venationes, & cursus acclives pedibus nudis conficiunt, & Pyrrhicham in armis saltant, quam primus invenit Pyrrhichus quidam Cydoniatis, cuius maxime nobilitatis præcellentes, summo studio saltationes exercentes, præstantissimi saltatores reddebantur, non tantum homines privati, & humili loco orti, sed nobiliores quoque, & regii sanguinis, & primates in B populo. *Lucianus de Saltatione.*

C. Jocundi pueri saltatoris epitaphium Romæ extare scribit *Vidorius lib. 37. Var. bist. cap. 8. tale D. M. C. Iocundo C. F. exog. qui xii. an. vixit, & septies, speantibus Imp. Ser. Galba, Orbone Sivio, A. Vitellio, & Populo R. saltavit, cantavit, & placuit. Pro sociis, quibus cunctos oblectabat, si quid oblectamenti apud vos est, manes, infontem refecit animum. Fausus nunc infaustus, pater filio, & sibi fecit.*

Antipoli, colonia Massiliensium, Septentrionis, tale apud eundem extat: *D. M. Pueri Septentrionis, qui annorum xii. Antipoli in Theatro biduo saltavit, & placuit.*

In prisca illa severa, atque aspera pyrrhichia saltatione puelli Lacones sese exercebant, rectè perfecta, integraque armatura, quam propterea *πυρρῆσις* alii, ipsi *πυρρῆσις* nominabant. Hanc Julius Cæsar Scalliger (vir nobilitate stemmaticus clarus, sed ingenio clarior: illa principibus par, aut etiam minor, hoc verò multis paraloguibus major) & læpè, & diu coram Divo Maximiliano, justu Bonifacii patri, non sine stupore totius Germaniæ præsentavit. Quo tempore aliquando vox illi Imperatori: Hic puer, aut thoracem C pro pelle, aut pro cunis habuit. Testis ipsemet *lib. 1. Poëticæ, c. 19.*

Viri Saltatores.

Ægyptus saltationis mirata excellentiam, sub fabella involucre Proteæ illum, in varias se demutantem rerum facies, non fere alium intelligunt, quam saltatorem eximium, ad effringendum in primis docilem, ut nunc humectam, liquidamque exprimerent æque vim, nunc ignis celeritatem motus vehementia, nunc leonem ferientem, aut etiam pardalis impetum, furoremque, postremò etiam virgulti flexum, & quidquid omnino collibuisse, veluti Empusa quædam, cujus ipsius decantantur à Poëtis deformationes. *Cæli. lib. 5. cap. 2. A. L.*

Aristonicum Carysium Alexandri fuisse sphaeristam, prodit historia, quem ob artis excellentiam civitate donavit Atheniensis, statua quoque erecta. *Cæli. lib. 4. c. 8. A. L.*

Famosi saltatores fuerunt apud Cratinum, & Calliam, Bolbus: apud Cretiam Zeno Cretensis, Artaxerxi Regi gratissimus. Alexander in ea epistola, quam misit ad Philoxenum, meminit de Theodoro, & Chryssippo saltatoribus. *Athen. lib. 1. c. 16.*

Mulieres Saltatriculæ.

Socrates dicebat, muliebrem sexum virili non minus esse docilem, & ad disciplinas, & ad omnem virtutem, etiam fortitudinem (quæ tanquam vis propria, Græcis à viro dicitur *ἄνδρα*) si diligenter instituat. Id collegit ex puella Saltatriculæ, quæ inducta in convivium, mira arte trochos duodecim in altum projectos excipiebat, ita temperato altitudinis spatio, numerique pedum, ut nunquam falleret: eademque inter acutissimos gladios, non sine horrore spectantium, impavida saltaret. *Erasm. Apophth. ex Xenoph. memorab.*

Pharfallia saltatrix Thesalica cum à Philomelo Phocenium duce, spoliato Fano Delphico, auream coronam Daphne (Lampacenanon donatum) accepisset, à Daphnes vatibus ad infamiam redactis in foro detecta est. *Athen. lib. 3. c. 28. Senes.*

Cum aliquando Romæ in ipsa ludorum Circensium celebratione Hannibal nunciatus esset circa portam Collinam adesse, omnes raptis armis occurrerunt. Solus fenex quidam

saltationem sacram continuavit. Hoc videntes reversi cives proverbium inde duxerunt. Salva res saltante senè. Serrius B. C. Pomponium libertinum hominem grandem natu hunc saltatorem vocat. *Erasm.*

In ludis à Nerone institutis *Ælia Catula*, LXXX. annos nata, nobilissima, & distissima, saltavit. *Xiphilinus.*

Reges.

Philippus Macedo recenti exultans victoria ad Chæroream de Græcis parta, & vino gravis, cadaveribus insultans, initium cecinit Demofthenis plebisciti, ad pedem atollens vocem, & supplodens:

Demofthenes Demofthenis sic censuit
Peaniensis.

At Demades orator eum liberè admonuit. Cum, ò Rex, fortuna tibi Agamemnonis personam imposuerit, non pudet te factis agere Theristen? Proinde discussa crapula, cum magnitudinem scem reputasset propositi periculi, horrorum cum perstrinxit eloquentiæ, & nervorum illius oratoris: qui in diei momento unius, alcam ipsum præcere de imperio, & vita commisit. *Plut. in Demofthene. Erasm. in Apophth.*

Demetrius Scepsius lib. 12. Troici ornatus hæc scribit. Apud Antiochum Regem, qui Magnus dicebatur, non amici solum Regis in armis tripudiabant in cœnis, sed ipse etiam Rex. Cum verò ad Hegesiam Alexandrum ex Troade oriundum, qui historias conscripsit, choreæ ordo pervenisset, assurgens hæc dixit. Nunquid, ò Rex, malè tripudiantem inavis aspiciere, an potius mea quadam propria poemata bene pronuntiantem audire. Qui cum dicere jussus esset, ita Regi placuit, ut dignus, qui amaretur, unus esset ex amicis Regis fuerit iudicatus. *Athen. lib. 4. cap. 17.*

C. Caligula Imper. saltatores urbe à Tiberio exactos, non tantum revocavit, sed ipse etiam plurimum saltavit: & cum aliquando de nocte accessit diligenter principes senatus jussisset, tanquam de rebus necessariis ab eis esset consilium capturus, postquam convenerunt, nihil aliud, quam saltationem instituit. *Dion. in ejus vita.*

Duces.

Merionem Cretensem Homerus honestare volens, *ὄρχησις* id est, saltatorem nuncupavit. Quam in re is ad cœlebre jam G indeptus erat nomen, ut non Græcis modò nota forent ea, sed & Trojanis hostibus: forte quia inter bellandum non tacita quædam agilitas, & concinnitas, quæ ex hujus artis peritia inoleverat, sese subinde ostentabat. Homericæ carmina hæc sunt:

Μερίωνα, ὄρχησις ἄνερος ὄρχησις παρ ἄνερος
ἴκνος ἴκνος κατὰ κράτος

Cæli. lib. 5. cap. 7. ex Luciano de Saltatione.
Pyrrhus Achillis filius, celebratus saltationis artificio usque adeo est, ut eum speciem illi pulcherrimam adiecit, Pyrrhichium fit ab eo nuncupatum. *Cæli. lib. 5. cap. 3. ex Luciano de Saltatione.*

Epaminondas aux Thebanus bellicosissimus probe saltasse, & cantasse læpè dicitur: existimans nimirum, saltatione homines agiliores fieri, ut si quando ferio pugnandum esset, eo promptiores forent. *Alex. lib. 2. cap. 25.*

Duris Samius lib. 17. Historiarum, Polysperchontem Macedonem scribit, cum bibisset, quamvis esset fenex, nulloque, vel militari scientia, vel dignitate inferior, tripudiare solum, ipsumque crocotum indutum, Sicyoniisque calciatum, H choreis indulsisse. *Athen. lib. 4. cap. 17.*

Politici viri.

Appius Claudius vir triumphalis, qui Salius ad usque senectutem fuit, pro gloria obtinuit, quod inter collegas optime saltabat. Ac uno eodemque tempore, tribus nobilissimis civibus, non modò studium saltandi: sed etiam (si diis placet) pericia; qua gloriarentur, fuit, Gabinio consulari Ciceronis inimico (quod ei Cicero non dissimulenter obiecit) & M. Cælio noto inter turbas viro, quem idem Cicero defendit, & Licinio Crasso, Crassij ejus, qui apud Parthos extinctus est, filio. *Macrob. lib. 3. cap. 14. Sat.*

Docti, Philosophi, Poetæ.

Saltationis Memphidis dictæ studiosus fuit etiam Socrates Philosophus, & sapius saltare est deprehensus, ut Xenophon testatur: & suis etiam familiaribus dicere consueverat, omnium membrorum exercitationem esse hæc saltationem. *Athen. 1. c. 16.* Plurimum namque tribuebat vestustæ concinnitati, & elegantie, tum apto motui, neque non moventis affirmationi: Nec

leb certam promissionis leguntur ingressi, cum tamen fuerint A. tot centena millia. Num. 14.

In Evangelio nisi quarta pars feminis, quod in agro Ecclesie Deus feminavit, cecidit in terram bonam, ut fructum afferret cum patientia: alie autem tres ceciderunt, vel secus viam, vel super petram, vel in spinas, & perierunt. Luc. c. 8.

Ideoque monet Christus Matt. 7. ut intremus per angustiam portam, quia arcta est via, quae ducit ad vitam, & pauci ambulant per eam. Et per Zachariam de vocatione Gentium loquentem dicitur cap. 13. Erunt in omni terra, dicit Dominus, partes duae dispergentur, & deficient, & tertia relinquetur in ea: ubi tertia vix salvandam docet.

D. Gregorius in Psal. 7. Panis. vers. 5. in fine, expendens hoc quod tractamus, adfert typum Josue, & Caleb, dicens. Duo viri videlicet Caleb & Josue, caput & corpus designant, Christum videlicet & Ecclesiam: qui soli ingrediuntur terram illam viventium. Caleb enim Hebraice significat omne cor, ait Procop. Iephone conceptionem, Jesus, sive Josue Salvatorem, qui enim integrum erga Deum cor habent, filii conversionis sunt, per cohabitatem illis Jesum.

REVELATIONES, ET EXEMPLA.

Omibus sane lachrymis deplorandum est, tantam hominum partem ad Dei gloriam, aeternamque beatitudinem conditorum, praesentium rerum specie excaecatorum, & suae salutis plane oblitutorum, ita in bonis dies suos duere, ut ait B. Job, & in punitio ad inferna descendere. Quod Istaas gravissime denunciat, dum ait: Propterea dilatavi infernum animam suam, & aperuit os suum absque ullo termino, & descendit fortes ejus, & sublimis, gloriosusque ad eum. Idem etiam certissimis visionibus saepe a Domino ostensum est, tum aliis alias, tum illi illi, quam in Franciscanis historiis legimus, non longe post ejus Ordinis initia. Quo tempore cum Bertoldus vir ejusdem familiae insignis in Germania inter praedicandum Dei verbum serius in vitium quoddam inventus esset, M. U. L. T. A. quae eo vitio tenebatur, poenitentiae, ac contritionis vi in media concione mortua concidit. Verum cum omnibus in precibus procurrentibus paulo post revivisset, narravit mortis causam, iustissimeque ad corpus redire, ut peccatum illud confessione expiaret. Adiecit etiam cum aliis multis, quae viderat, tum illud imprimis horribile, & didici etiam mirabile: Cum ipsa ad Dei tribunal apparuisset, adducta simul esse sexaginta animarum millia, quae in omnibus mundi partibus fixata, & infidelium variis casibus exceleserant ex hac vita, atque ex his tres tantum adductas purgatorio, reliquas omnes ad ignem aeternum damnatas, unum autem ex Franciscanis Fratribus, eodem ipsum quoque temporis articulo defunctum, per purgatorium quidem locum transisse sed tamen non modo ibi diutius non commoratum, verum etiam par animarum, quae praecipua cum eo amicitia conjuncta fuerant, secum in caelum abduxisse. Ex Ann. Franciscan. c. B. Annon. in Chron. 3. p. tit. 24. cap. 9. §. 2. Hier. Plat. lib. 1. de bono stat. Relig. c. 5.

Cum D. Bernardus Abbas Clarevalensis ab hac vita migrasset, quod contigit an. Dom. 1153. indictione 1. 13. Calend. Septemb. anno aetatis suae sexagesimo quarto, horrenda visio LINGONENSIS Episcopo facta est. Apparuit ei namque Eremita quidam mortuus, quem viventem olim noverat, qui divino timore compunctus, ante aliquot annos, cum esset Decanus dives, & nominatus, omnia contempsit, eremitorium pro Christianiore intravit. Quem cum de statu suo, & divini iudicii D. strictione interrogasset, ille respondit: Ea hora, in qua ego de corpore migravi, traxit hominum millia ab hac luce transferent. E quibus Bernardus Clarevalensis Abbas, qui eadem hora obit, una mecum ad coelos evolavit, tres alii ad purgatorium missi sunt, ceteri omnes per sententiam iusti iudicis condemnati, ad infernum perpetuo cruciandi descenderunt. Joan. Tritem. in Chron. Monasterii Hirsaug. ad an. 1160.

His coronidem adiecit illud B. Nilii Abbatis viri sanctissimi ejus Calabriae, cultoris Dei ab infantia eximii, de rebus gestis ejus Graece ab eius discipulo conscriptis: Venit Metropolita Calabriae Theophylactus, & cum eo Domesticus Leo, viri literatissimi, & doctissimi: Sed beatus pater noster Nilus fugiens populi tumultum, & dilectum sibi silentium semper complectens, exivit a civitate ad templum S. Joannis Baptistae eremi cultoris, cujus vitam imitabatur, & ibi cum Deo conversabatur, & meditatione operam dabat. Ingressi autem sunt ad eum alloquendum Metropolita, & domesticus, & Principes civitatis, & multi sacerdotum, & populi magna pars. Inierunt

autem consilium in via, quoniam ipsorum interrogare debere, quod ve ex arcanis scripturae, non tam cognoscendi causa, quam periculum facienda cupidi. Cum vero ex adversa parte sederet B. Nilus, & vidisset eos ad se venientes, dicit intra se: Cur nunc isti accedentes, ad vana colloquia nos concitent? Sed, o Domine Jesu Christe, libera nos a laevis alienis, & concede nobis intelligere, & loqui, quae oportet, & facere, quae tibi sunt placita. Et cum orasset, aperit, quem pre manu habebat, librum, & forte fortuna invenit revelationem factam S. Simeoni in admirabili mente. Cum igitur illi appropinquassent, & post salutationem sedissent, B. Nilus tradit librum Domesticis, ut legeret, ubi erat signum. Ille vero aperiens os suum, cepit valde diligenter, & attentè legere. Cum vero venisset ad locum illum ubi dicit, quod ex decem millibus vix reperit una anima his temporibus, quae ad manum sanctorum Angelorum perveniat: ceperunt omnes quasi uno ore dicere: Absit, hoc non est verum; haereticus est, qui haec dicit. Nos igitur frustra baptizati sumus, & Crucem adoramus, & communiamus, & Christiani dicimur? Haec, & his similia cum omnibus obicerent, cum videret B. Nilus, quod Metropolita, & Domesticus nihil aliud dicunt, humaniter ipse respondit, & dicit: Si verò demonstraveris vobis magnam Basilium, & Chrysostomum, & Ephrem beatissimum, & Theodorum Syllitam, sed & Apostolum ipsum, nec non sanctum Evangelium eadem sentientes, & dicentes: qui patiemini vos, qui inconfutè aperientes ora loquimini, & Spiritui sancto adversari, & S. Patrum metuenda verba haereticis tribuisti propter vice vestre iniquitatem? Dico autem vobis, fratres, quod ex omnibus, quae fecistis, nulla erit vobis gratia apud Deum: Quae enim idola, aut quam haereticum vobis reliquistis, & Christo adhaesistis? audete aliquis vestrum dicere, quod haereticus sum, & ingressi civitatem non ab omnibus lapidibus obrutus interficietur? Intelligentes, quod nisi virtute pradii fueritis, & magna animi virtute pradii, nullus vos liberabit a penis inferni. Haec cum omnes audissent, valde perterriti ceperunt suspirare, & dicere: Vae nobis peccatoribus, & miseris. Dicit autem illi Nicolaus Protospacharius: Pater, quare dicit Evangelium, quod quicumque parvum calice atque frigida dederit, non amittet mercedem suam? Respondit illi: Propter hoc dictum est illi, qui nihil habent, ut nullus excusetur, quod nec habeo ligna, quibus calefaciam aquam: qui vero facietis vos, qui pauperibus frigida calicem auferitis? Apud Ba. G. tom. 10. 10. Ann. ad Christi 976. 2. 3.

Salutatio.

DEFINITIO, & ETYMOLOGIA.

SALUTATIO, salutandi actus, a Saluto, id est, saltem opto, dico. Graec. *salute*, *salute*, & *salute*, *salute* Hebraicis. *Berach*, id est, benedictio, sua praecatio, quae ad aliquem deferuntur cum salutatione, & decenti corporis motu, ac gestu, ut capitis inclinatione, gestificatione, &c. a verbo *Berach*, precatus est, benedixit, flexit genu. Hinc *Salute*, *Salute*, & Latinum precor, & per methathesin, *salute*, *salute*, *salute*.

DE DIVISIONE.

Duplex salutatio statui posse videtur, una interna, altera externa.

Interna nihil est aliud, quam *Salute* (sic enim *Suidas* *salute* exponit) hoc est animi votum, quo salutem corporis, & animi alicui a Deo, seu fonte salutis, omnique boni precamur. Hujusmodi salutatio, seu benedictio, id est salutis praecatio, quae animo fit, aut corde, Christianos vehementer decet, quemadmodum contra imprecationes, execrationes, & atque vota dira ab illis aliena esse debent.

Externa autem salutatio, quae quidem ex interna promanat, actio quaedam est civilis, honesta, atque pia, quae partim vultu, qui tacitus quidam animi sermo est, partim verbis, partim, etiam gestibus nonnullis honorificis, atque humanis, nostram charitatem, benevolentiam, observantiamque erga alios testificamur.

Illam autem rursus est bipartita, vel verbalis, ut ita loquar, quae in verbis: vel realis, quae in corporis motu, atque gestibus consistit.

Quoad salutationem verbaalem, quae in verbis consistit (quae Graecis *salute*, & *salute*, & *salute* dicitur) illa rursus bifariam videtur dividi posse, ut vel in nominibus, atque titulis honorificis: vel in certis verborum formulis, atque phrasibus consistat.

DE SALUTATIONE VERBALI.

NOMINA USURPARI SOLITA.

Quoad nomina, quibus in salutationibus utimur, illa vel sunt propria (ut Grammatici loquuntur) vel appellativa, eaque vel naturae, atque sanguinis, ut est nomen patris & filii, noverae & privigni: vel fortis, atque conditionis, sive etiam conjunctionis conjunctive, ut sunt nomina Domini & servi, praepitoris & discipuli, clientis & patroni, tutoris & pupilli, collegarum, &c.

Praestantissimum fuit, inquit *Alex. ab Alex. lib. 2. cap. 19.* apud Romanos, suis nominibus quemque venerari, & salutari, salutantibusque reddere salutem. Ideo Nomenclatorem dictum, qui nominatim singulos appellat: ut puta in foro reos: aut in convivio convivas.

Hodie quoque experientia quotidiana testatur, in salutationibus permultum ad amorem, & benevolentiam facere, si quis nominis sui proprio, aut etiam cognomine aliquem salutet.

Hinc Theologi illud quoque, quod Moysen Deus proprio suo nomine appellavit, quae vocavit, ceu singulare quoddam B. eximia humanitatis divinae indicium, atque signum interpretantur.

Si qui tamen praecipua dignitate, & honoribus excellent, illos olim propriis salute nominibus haud decorum videbatur, ut testatur *Alex. ab Alex. Quod & hodie quoque moris est, nam Regem, Principem, aut Magistratum aliquem proprio nomine, ut Joannem, Petrum, &c. in salutationibus appellare, a decoro videtur esse plane alienum.*

Discipuli Christum appellantes in Evangelio, illum non propriis suis nominibus, sed Rabbi, Magistrum & Dominum suum vocant. Et certe naturae, sanguinis, atque officii nomina plerumque in salutationibus, necio quomodo plus honoris, atque amoris praeferebant, quam nomina propria.

Inaue Graeci quoque, teste *Alex. ab Alex.* non proprio, sed officii nomine, aut munere, quod gerbat, salutare religiosi putantur.

Apud Hebraeos nomen *Adon*, quod Dominum significat, usitatum fuit in salutationibus, quod vel dignitate superiores, vel peregrinos, atque extraneos honoris gratia appellare consueverunt, ut ex multis sacrae Scripturae locis constat, & *Adonai* quidem, hoc est, mi Domine, hominibus, *Adonai* autem Deo tribuitur, ut Grammatici observant.

Apud Homerum nomen honorificum, quo seniores a junioribus appellantur, honoraturque est *Atros*: ut *Atros*, *Atros* verba Achillis ad Phe nicem: & in Epigram. *Atros*, *Atros* *Atros* *Atros* *Atros*. Videturque respondere appellationi Helveticae *atros*, hoc est pater lenex, quae juniores quovis aetate provecos honoris ergo salutare consueverunt.

FORMULAE VARIAE.

Formulae salutariae apud multos variae fuerunt, & sunt.

Apud Hebraeos hujusmodi fuerunt salutationum formulae, ANGELUS Gedeonem frumentum excutientem salutavit his verbis: Dominus tecum, vir fortis. *Judic. 6.* Sic Booz his verbis mecessus suos salutavit: Dominus vobiscum: cui illi responderunt: Benedicat tibi Dominus. *cap. 2. v. 4.*

Eadem salutandi forma ANGELUS coram Maria Virgine usus est. *Matth. 28. 2. v. 10.*

CHRISTUS hac saepe salutandi formula usus est, Pax vobis, & eandem discipulis suis praescripsit *Matth. 10.* Ingressi domum aliquam salutare eam dicentes, *Matth. 10. 13.* id est, pax sit huic domui.

Hebraice hujus salutationis multa exempla in sacris literis reperitur, ubi voce *shalom*, omne pacis bonae genus intelligitur.

Sic DOMAMEIS illa ad Elisum profectura, virum suum ante dicesse salutavit, inquit, *Sebalon*, id est, pax est, vale. *2. Reg. 4. v. 23.* Tamen si verbum istud aliter interpretentur. A *Sebalon* quoque Latium valis videtur esse derivatum, & inde Salutatio.

Hodie quoque Judaei, & Turcae hac pacis voce utuntur in salutando, & resalutando. Nam is, qui salutatur, solet dicere, *Shalom*, hoc est, pax tibi, cui resalutans respondet, *Velesh salom*. Et tibi pax.

Huic similis est verbaula illa nostra salutationis formula *Gott grutz dich*, & *Gott grutz dich*. Deuste gratier, ut ait *L. B. Theat. vir. Human. Tom. VII.*

ita loquat, hoc est gratiam suam, atque salutem tibi largiatur. Apud Graecos & antiquissimum est, & usitatissimum in salutationibus *shalom* vocabulum *Euath*, in *Od. 2. in* illa verba, *shalom*, *shalom*, *shalom*, inquit, *shalom*, *shalom*, inde nomen *shalom* etiam Epistolis apud posteriores praeposuit fuit.

LATINI porro suas habuerunt tam in congressu, quam in digressione peculiares salutandi formas. In congressu dupliciter verbo usi sunt, ut manè, Ave, nimirum (quod teste *Festo*, & cupere significat, forsitan ab Hebr. *Inach*, id est, cupivit, desideravit, & gaudere altero vesperi, quod fuit Salve. Quod manifestè colligitur ex Dionis Cassii verbis de Adriano Imperatore. Adrianus, inquit, Judices salutavit, non dicens, Ave, quae matutina erat salutatio: sed vespertino usus verbo Salve, inquit.

Vale autem in digressionibus fuit usurpatum. Utrumque autem, nempe Vale, & Salve, conjungebant veteres descendentes ab eis, quos nunquam visuriflent. *Plaut. in Curcul.*

Vale atque salve, Nam & operam, & pecuniam benignè praebuisti, In Cistellaria.

Quando ita tibi lubet, vale, atque salve. In Mercat.

Limen, superum, infernumque salve, simul autem vale, In Captivis.

Vale, atque salve, est aliter, ut dicam, meres Tu Aristophontes, de me ut meruisti, ita vale.

Qui ita salvere, & valere jubebant mortuos. *Virgil. Salve, sancta parens, iterum salvere recepti: Nequequam cineres, &c.*

Et lib. 11. *Aeneidos.*

Salve aeternum mihi, maxime Palla; Aeternumque vale.

Hac inde novissima verba appellat, ut lib. 6. *Lustravitque viros, dixitque novissima verba.*

Servius, id est, illicet: nam vale dicebatur post tumuli peracta solemnia. *Varro autem in libris Logistoricis dicit, ideo mortuis salve, & vale dici, non quod valere, aut salvi esse possint (melius nos Christiani,) sed quod ab his recedant, eos nunquam visuri.*

Atque hinc ortum est, ut etiam maledicti significationem vale interdum obtineant, ut *Terenus*: Valeant, qui inter nos dissidium volunt, hoc est, ita à nobis discedant, ut nunquam ad nostrum revertantur aspectum.

CHRISTIANIS olim, uti modo Religiosis, familiaris in omni salutatione, & congressu vox Deo gratias. Nam quid melius, inquit, S. *Augustinus epist. 77.* & animo geramus, quod propter, quam Deo gratias? Hoc nec dii brevius, nec auctori latius, nec intelligi grandius, nec agi fructuosius potest. Deo gratias, qui te tam fideli pectore dicitur, &c.

Pete ex loco de *Validationibus nonnullis.*

SALUTATIONIS SACRAE FORMULAE.

Salutationis sacrae exemplum habes *Num. 6.* Deus namque ipse certam quandam, & quidem egregiam benedictionem, seu salutandi formam sacerdotibus praescripsit, qua illi in sacrorum administratione usi fuerant. Loquere, ait Deus Moysi ad Aaronem, & filios, sic benedicetis filiis Israel, dicesque ad eos, Benedicat tibi Dominus, custodiat te, illuminet faciem suam super te, & ponat te in pace. Ponent nomen suum super filios Israel, & ego benedicam eis. En hic habes quasi prototypum, fontem, atque caput omnium tam sacrarum, & solemnium, quam vulgarium benedictionum, precationum, salutationum, ominationum salutarum, quibus homines uti solent.

Solemnis illa, atque sacra salutationis formula hodie quoque sacrorum antistes, ante, & post sacras conciones, remque divinam, uti consueverunt.

Huc quoque referenda sunt salutationes illae Apostolicae, in Epistolarum principio, atque fine.

Communis, & jam olim recepta apud Christianos salutationis, qua in Missa sacrificio ad stantes salutamus, dicendo, Dominus vobiscum, quae sumpta est ex more Hebraeorum, qui salutantes dicebant, Dominus tecum, aut vobiscum, ut patet *Judic. 6. Rub. 2. 1. Paral. 15. 2. Paralip. 27. Luc. 1.* Ut hac de causa *Dionysius 1. de eph. Hierarch. videri possit*, salutationem istam appellasse divinitissimam, & Hagiographarum tabularum mysticam, ac supra mundanam recitationem. Meminerunt de eadem

Latini id appellat genua pretere. Tacitus, attingere, ad ea manus tendere. Plin. genua amplecti. Virgil. ad genua accideret, genibus ad volvi, procumbere, procidere. Virg. En. 3.

Et genua amplexus, genibusque volutans. Idem Aeneid. 10. Et genua amplexus (Homerus dicitur, dicitur) affatur talia supplic.

Sic etiam, ut ex veteribus Conciliis liquet, moris fuit in Ecclesia, ut qui Episcopos salutarent, eorum genua rangerent.

Nunc de pedum excolatione exemplum habemus Magdalenae Luc. 7. cujus obsequium Christus laudat apud Simonem Phariseum, dicens: Osculum mihi non dedisti, haec autem ex quo intravi, non cessavit osculari pedes meos.

De modo osculandi pedes Romani Pontificis habebit Lector pleraque in loco de Pontifice. Tit. honor. Pontifici exhibitus ad Imperatoribus, Regibus, &c.

QUESTIO.

An mutua Salutatio sit licita, & honesta? Anabaptistae obvios salute non impartiunt, quod asserunt ab Helio Propheta 4. Reg. 4. id vetitum discipulo suo, si occurrerit tibi homo, non salutes eum, &c. & a Christo in nova

B lege jubente, Neminem per viam salutaveritis, Luc. 10. Ceterum & bonam, & honestam reputari salutatoris mutuae consuetudinem, Angelorum imprimis Gedeonem, Tobiam, & Mariam Virginem salutantium exemplum habemus, quos imitari viri sanctissimi in utroque Testamento. Immo Christi mandatum desuper habemus Mathei cap. 10. & exemplum, Joan. 20.

Certe est salutatio votum, sive appreciatio salutis Christiano propria, symbolum humanitatis, & honestatis. Unde improbis, & execrationis devotis impendi nequit, quo sensu Apostolus vetat ave dicit haereticis. Immo Demonicum suum monet Ilocrates, ne improbos & mali nominis salutes. Quantum ad exempla objecta, parum juvat rigidos illos, & cernuos Aristarchos. Siquidem opus, quod ibi injungitur, ferium erat, & ocus peragendum. Crebra autem salutatio uberioribus alloquiis ansam praebet, reique festinat agenda remoram iniicit. Unde notat Janfenius in Concordia, esse sermonem hyperbolicum, quo sedulitas in opere creditur commendatur, omnique distractionis, & mora occasio amputatur. Quamvis alii dicant, pro salutatio Hebraeis esse benedictio, praesertim lib. 4. Regum. Vide cap. 80. concordiae Evangelice.

* Samaritani.

QUI. ET UNDE DICITUR?

SAMARITANI a Samario eorum rege ita sunt nuncupati. Alii vero volunt eos dictos a Samario filio Chanaan filii Cham, qui verenda patris detecta conspiciens, inde illum ludibrio, ac derisui habens, ab eo maledictus fuit.

FORUM ERRORES.

Hi, auctore Philastrio, ex Moysis Pentateucho quatuor tantum libros recipiunt, qui Lex appellantur. Judicium futurum non expectant. Resurrectionem mortuorum negant. Christum Dominum Dei filium in lege, & Prophetis ante nunciatum, & promissum non credunt.

D Animam etiam immortalem habere hominem juxta legem, inficiantur.

Solum autem in hoc corpore vivendum esse putantes, resurrectionem futuram in filiorum procreatione, & genitura, quae in hoc saeculo fit quotidie, existimant, eamque praedicant vanitatem, insensatis pecudibus comparati, quemadmodum a Propheta scriptum est: Homo cum in honore esset, non intellexit: comparatus est jumentis insipientibus, & similis factus est illis.

* Sanctificatio.

DEFINITIO, & ETYMOLOGIA.

SANCTIFICATIO juxta nominis etymon, est motus ille, sive actio, qua aliquis redditur Sanctus ex non sancto, & communitur accipitur per mutationem, qua quae divina ope, ex privilegio singulari, in utero materno de terra originalis culpae labe sanctificatur. Apud nonnullos Scriptores sanctifica-

tio usurpatur pro canonizatione, quod per eam aliquis declaratur Sanctus, sive dignus, qui Sanctorum cathalogo adscribatur, de qua acceptione alias multa dicuntur, in loco de Canonizatione. Iterum sanctificare est in gratia confirmare: & divino cultui deputare.

SANCTIFICATIO. QUI? PATRIARCHAE.

Patriarcham Jacob originali peccato in utero liberatum volunt plerique, & id in collisione infantum fuisse praesiguratam. Ita Comestor, in cap. 66. in Genes. Et Dion. Carthusianus dum verba illa cap. 28. Genes. Ero custos tuus, quocumque perrexeris, explicat, ait: Magna promissio, ex qua sequi videtur, quod Deus praeservavit Jacob deinceps a culpa mortali, forsitan & ante, maxime cum credatur sanctificatus in utero. Et cap. 25. in hanc sententiam Augustinum adducit. Pro qua etiam stat. Ambrosius lib. 4. de fide c. 4.

Et opinione S. Ephrem, Moyses addi debet. Orat. de transfugur. Domini. Samsonem adnumerandum suadent illa verba Judicum 13. Fuit Nazarus Dei ab infantia sua, & ex matris utero.

PROPHETAE.

De Jeremia testimonium habemus ex caelo, ipsimet allatum. Dominus dixit ad me, inquit ipse, Priusquam te formarem in utero, novi te, & antequam exires de vulva, sanctificavi te. Cap. 1. quamvis non desint magne auctoritatis viri, qui contrariam sententiam sustinent, & problematicè disputari posse Abulenensis existimet. Comm. in cap. 3. Ind. g. 17. Favet tamen pro priori parte S. Gregorius Nazianzenus cap. 1. Hieronymus in cap. 23. Jeremie. Ambrosius in orat. 1. Luc. Bernardus Epist. 147.

Joannem Baptistam Domini praecursores replendum Spiritu sancto ex utero matris suae Angelus praedixit. Unde dum ad Deiparae adventum, & salutacionem infans in utero matris praegaudia exultavit, voluit passim omnes interpretes, cum a peccato originali purgatum, adeoque hanc exultationem cum sensu rationis fuisse conjunctam. Ita S. Hieron. epist. ad Latam. Chrysologus serm. 88. Metaphrastes orat. de vita & dormit. B. Virg. Chrysost. in encomio Ioan. D. Anton. 3. parte Summae, & in finitili alii.

APOSTOLI.

De Jacobo minore sunt, qui existimant, quod in matris utero fuerit sanctificatus. Sic scribit S. Anton. 3. p. tit. 31. cap. 8. & Egozippus, cujus verba citantur apud S. Hieron. in Catal. Script. Ecclesiast.

ALII VIRI SANCTI.

Josephus sponsus virginis Deiparae creditur etiam sanctificatus fuisse, & gratia remissionis originali exornatus. Tenet Geston serm. de nativitate Deiparae.

Addit superioribus Antonin. supra tit. 18. cap. 5. S. 6. Divum Nicolaum, qui natus stetit rectus, & sanctum Dominicum, qui infans lectum, aut cunas egressus, jacebat in terra.

VIRGINES SANCTAE.

Virgo Virginum, & Deiparens Maria, Spiritus sancti H operatione mundata asseritur, quod in Lombardo in lib. 3. sent. & a sancto Thoma in eundem locum, qui eam in originali conceptam asserit, ideoque illius ordinis Theologi pro eadem sententia solidissime disputant, & non solum conceptionis sub illo nomine, sed sub nomine sanctificationis, hactenus colunt, & venerantur. Tenuit eandem sententiam S. Bernardus. Epist. ad Can. Lugdunenses. Augustin. lib. 2. contra Iovinian. qui & plures citat, asserentes neminem etiam ab originali peccato debito & lege, nisi illum, quem sine lege peccati repugnantem virgo concepit. Ita etiam dicitur in cap. firmissime de conf. d. 4. Firmissime tene, & nullatenus addubites, omnem hominem, qui per concubitum viri, & mulieris concipitur, in peccato nasci, & ita passim loquuntur Greg. 1. 11. moral. & 12. Hieron. & Ambrosius super Lucam. Hilarius, Augustinus. de perfid. Iust. & lib. contra Julianum, quos omnes mirum est Deiparam virginem a communi lege non exemisse, si sic exempta credendum erat,

CATHOLICORUM SENSUS, ET VERITAS.

Spiritus Sanctorum Veteris, ac Novi testamenti esse in caelo, sive, quod idem est, iam esse beatos, & videre Deum.

Agimus de Sanctis utriusque Testamenti, quia constat, Sanctos veteris Testamenti usque ad Mortem Christi decessos fuisse in loco quodam particulari, quem finem Abrahamus Christus Luc. 16. carcerem Petrus 1. epist. 3. Limbum Theologi appellant. Estque locus, ad quem Christus descendit post mortem; at cum Christo ascendisse ad caelum, ibique frui bonis illis, quae Deus diligentibus se praeparavit, perinde atque animae Sanctorum, quae in novo Testamento in Domino obierunt, dummodo nihil expiandum habeant.

Testatur id ipsemet sibi alibi contradicens Calvinus convictus testimonio Pauli 2. Corinth. 5. Dum sumus in corpore, peregrinamur ad Dominum, & aliis praecedentibus. Ita enim scribit in psyciopannychia: ut nihil, inquit, addamus, verba Apostoli sine interprete hoc loquuntur, nos seniores, ubi praesentiam, cum ab hoc corpore separabimur: jam non per fidem ambulaturos, sed per speciem, quoniam hoc terra pondus, quo premimur, nos Deo, quasi materies longo intervallo separat.

Fuit sane haec sententia Patrum tam Graecorum, quam Latinorum, tum scriptis suis, tum Conciliorum decretis asserita. De quibus vide Alphonsum a Castro contra haereses Bellarum. Tom. 2. Controvers. lib. 1. cap. 2. & seq. Petrus Equitius Epist. lib. 7. Catalogi Sanctorum cap. 64. ita de hac re scribit:

Cum post obitum beati Hieronymi, Graecorum quaedam haeresis pullulasset, asserens, quod animae beatorum usque ad corporum resurrectionem aeternam non percipiunt gloriam, nec animae damnatorum sentiunt gehennae poenam: multique fidelibus tali errore involutis, cum talis opinio in partibus Hierosolymitanis resonasset, per Cyrillum Episcopum Hierosolymitanum indictum est triduanum jejunium, cum assidua oratione, cunctis fidelibus, ut Deus suae fidei Catholice subveniret. Expletis autem tribus diebus praecedente apparuit B. Hieronymus Eusebio (Abbat. G & quondam suo discipulo) in oratione cum lacrymis constituto, dicens, quod Deus fideles suos respexerat, & quod intervenit ipsius Ecclesiae suae subvenire decreverat. Mandavit ergo, ut trium juvenum in ipsa nocte in Bethlehem defunctorum corpora ante fossam, in qua corpus ipsius Doctoris quiescebat, deserti faceret, ut sacco cilicio, quo vivus induebatur, tangerentur, & continuo resurgerent, ut praedictam haeresim uti testes veridici confutarent, quiterum post dies viginti in Christo quiescerent, cum quibus & ipse Eusebius migrare deberet. Mane autem facto, Cyrillo Episcopo vivo per Eusebium narratur, omnisque clerus, & populus in Ecclesia Bethlehem congregatur: trium juvenum ipsa nocte defunctorum cada vera ad tumbam Hieronymi deferuntur, & per Eusebium ipsius sacco cilicio tangeruntur: moxque juvenes quasi de somno evigilantes surrexerunt, & quae viderant in alio saeculo in gloria, & in gehenna, cunctis populis narraverunt, & sic Graecorum haeresim confuderunt: per triduum vero ante dies illos viginti, quibus Hieronymus praedixerat, Eusebius agrotare coepit, & per dies tres febre correptus, Ecclesiasticis sacramentis communicatus, apparente sibi beato Hieronymo, & ipsum ad caelestia vocante, in Domino feliciter passus, eademque hora praetati tres juvenes iterum a corpore migraverunt. Corpus autem Eusebii juxta corpus Hieronymi sepultum fuit, in cuius sepultura monachus, qui lumen oculorum dudum amiserat, cadaver deosculatus, visum recepit. Ita Petrus de Natalibus Equitius Episcopus.

SANCTOS VERE ESSE ALIQUOS HOMINES, ET CUM CHRISTO REGNANTES ante universalis Judicii diem.

SANCTOS VERE ESSE ALIQUOS HOMINES, ET CUM CHRISTO REGNANTES ante universalis Judicii diem.

Hereticorum error circa hoc argumentum.

Antiquorum Hereticorum error, quem nostri saeculi Novatores resuscitauerunt, fuit, Piorum hominum Spiritus usque ad mundi finem, quando Christus vivos, & mortuos iudicaturus esset, in aequitate, manere in abditis quibusdam receptaculis, sive, ut loquitur Calvinus, in atrio eminus, ubi neque Deum videant, neque aliter quam in spe beati existant: & fortassis dormiant cum Baal Idolo Samaritanorum, ut Elias illudendo dicebat. Lib. 3. Regum, cap. 18.

Sensiticia olim Tertullianus 1. 4. in Marcione, quem secutus fuit Vigilantius, teste Hieronymo, Armeni, & Graeci, ut patet ex Conc. Florent. & B. Thoma in Opus. 6. cap. 9.

Eandem haeresim Lutherus jam diu sepultum suscitavit in praefat. in Genes. Calvinus lib. 4. Institutionum cap. 20. & p. 24. addit animas sanctorum nobiscum in eadem fide esse conjunctas, quod cum clara visione non consistit, & c. 25. §. 6. dicit stultum, & temerarium esse velle inquirere, quo in loco sint animae iustorum, & an fruatur gloria, nec ne: & tamen ille jam definit stultè & temerariè, eas non frui gloria.

se exclamavit, magnum sacerdotem corona triplici, & candi- do amici deferri in cœlum, comitantium virguncularum cœ- tu, & nubecula septem attonitis qui aderant, & quid esset con- cipientibus, quarto post die, quantum itineris Amona dista- bat, nunciis de morte ejus affertur, tempore, & habitu conven- tius. Jo. Ant. Camp. in vita ejus.

Venerabilis, & Deo dignus Jacobus, Anconensis quon- dam Episcopus, tum vero Romanæ Ecclesiæ Cardinalis, pri- die Calendas Maii Romæ vita functus est. Quarto inde die, id est, in festo sanctæ Crucis, cum Lugardis in Brabantia esset, tringinta diem itinere procul ab eo loco, in quo ille defunctus est, raptus spiritu in cœlum, vidit eadem hora animam ejus adduci in paradisum: eique spiritu gratulans, dixit: Nesciebam, reverendissime pater, te è corpore decess- sisse. Sed quando, oro, defunctus es? Respondit ille: Quar- to abhinc die. Interim tres noctes, & duos dies exegi in pur- gatorio. Tum illa admirans: Et quare, inquit, non statim ab obitu mihi indicasti, ut fororum nostrarum precibus pœna- tue solverentur? Dominus, ait ille, noluit te contristari pœ- nis meis, sed mea potius liberatione, & beatitudine exhilarari.

B Tu autem paulo post me sequeris. His dictis, Lugardis re- dit ad se, & diem mortis, itemque purgatorii ejus crucia- tus, & in cœlos migrationem, fororibus cum ingenti exul- tatione exponit. Thom. Brab. lib. 3. vita S. Lugard. cap. 4. apud Sur. 16. Junii.

Cum Ammon Ægyptius decederet, animam ejus An- tonius Magnus dicitur in cœlum deduci vidisse, divinis virtuti- bus eam comitantibus, venerationeque, & stipitatione multa, atque etiam ineffabili quodam hymnorum carmine pro- sequentibus. Et cum, qui tum cum Antonio erant, per conster- nationem in aërem suspicente, & rei tantæ faciem admiran- te causam ab eo requirerent; ille visum id haudquaquam oc- culum habuit. Et verba ejus reipâ sunt confirmata. Post- quam enim à Secti multo venerit, & tempus obitus Ammon indicaret, illud ipsum tempus esse cognovit, cum An- tonius stupore correptus in cœlos suspexit. Uterque sanè meri- to beatus habendus: Ammon quidem; quòd sic è vita presen- ti sit abductus: Antonius vero, quòd cum Deo ea visione sic dignatus: cum quidem inter utriusque habitationis locum, magnum intervallum, atque diem unum intercederet iter. Niceph. Cal. lib. 8. hist. Eccl. cap. 43.

C Cum beatus Episcopus Malachias, cujus vitam virtutibus plenam sanctus Pater Bernardus studiosè descripsit, juxta desiderium cordis sui in Claravalle beatam cœlo animam red- didisset, offerens pro ejus transitu venerabilis Abbas hostiam salutare, gloriam ejus, Domino revelante, cognovit, & eodem inspirante, sacrificio jam expleto, formam muavit orationis, & collectam intulit, quæ ad sanctorum Pontificum celebritates, non ad commendationes pertinet defunctorum, ita dicens: Deus, qui beatum Malachiam Pontificem Sancto- rum tuorum meritis coequali, tribue, quæsumus, ut qui pre- ciosa mortis ejus festa agimus, vitæ quoque imitemur exem- pla. Deinde reverenter accedens sacra ejus vestigia devotissi- me osculabatur. Modum tamen, aut seriem visionis, nec cuiquam aperire, nec in ejusdem Episcopi vita scribere ac- ceperit: hoc tantum respondens, cum plurimum super hoc rogaretur, nimis ad propriam suipsius pertinuisse personam. Ne sanè dubium, plura eum similia occultasse similiter, quæ- cunque videlicet passus est Dominus occultari. Ex lib. 4. vita S. Bern. apud Laur. Sur. 20. Aug. tom. 4.

Sancta Virgo Mechtildis, cum feria quarta post diem Pas- chæ inchoaretur iste Missæ introitus: Venite, benedicti Pa- tris mei, ipsa ingenti, & insolita quadam læticia repleta dixit ad Dominum: O si una essem ex illis benedictis, qui hanc dul- cissimam vocem tuam audituri sunt. Et Dominus ad eam: Cer- to scias te unam ex illis esse. Et, ut nihil dubites, ecce, ego do ti- bi cor meum in pignus amoris, & in domum refugii, ut semper, maximeque in hora mortis tuæ consolationem, & requiem in illo invenias. Ab eo tempore cepit mira devotione erga cor Jesu Christi affici. Unde & frequenter in simplicitate sua di- citur: Si scribi deberent omnia bona, quæ à benignissimo corde Domini mei accepi, nullo quamlibet grandi volumine comprehendi possent. Instante autem hora, qua migratura erat ex hoc mundo, Dominus summæ majestatis Jesus eam lu- mine divinitatis visus: totam illustrans, suavi, blandaque voce invitavit his verbis: Veni, benedicta Patris mei, posside para- tum tibi regnum à constitutione mundi. Tunc nimirum ipse Dominus commonefacit eam doni illius excellentissimi, quo ante aliquo annos, cum eadem verba ad Missam cantaren- tur, donaverat illi cor suum in pignus amoris. Igitur beata

illa anima in ipsum cor Jesu suavissimum admissa, sempiternæ gloria, gaudique cœlestibus felicitatibus sociata. Ludovicus E. Blossus in Appendice de 4. sanctis feminis.

Refertur in vita SS. Martyrum Mariani, & Jacobi, S. Aga- pium martyri apparuisse sancto Jacobo in carcere exilenti, per quietem, velut solemne quoddam, & læticia plenum ag- tans convivium. Quò cum ipse, & Marianus quasi ad aga- pen spiritu dilectionis, & charitatis raperentur, accurrat illis obvius puer, quem constabat esse alterum ex geminis ante triduum cum matre passis, corona rosæ collo circumdatus, & in manu dextra palmam viridissimam præferens, & quo properatis? inquit, Gaudete, & exultate: cras enim nobis- cum & ipsi cœnabitis. Laurent. Sur. to. 2. in vita SS. Mariani, & Jacobi martyrum.

Dum in monte Casinate Ignatius Lojola est, Hozius (cui Patavium una, cum Joanne Codurio provinciam obdigisse di- ximus) excessit è vita, consummatumque in brevi implevit tem- pora multa. Qui cum vivus nigellus esset, ac deformis, tantum decoris, ejus mortui ori, splendorisque additum est, ut ani- mum Codurii satiare illius non posset adpectu, nullum in- tuendi illum finem faceret, magna animi læticia, lachrymaru- que abundantia. Hujus mortem multo ante Ignatius missam divinabat, qui etiam in monte Casinate, ubi D. Benedictus vi- dit Germani Capuani Episcopi animam in sphaera ignea ab Angelis in cœlum ferri, ipse & animam illius clarissima luce circumfusam, in cœlumque penetrantem vidit: & animam Hozii esse cognovit. Deinde etiam cum rei sacra daret ope- ram, & in generali confessione, quæ ante Missam præmittitur, ad illa verba pervenisset: Et omnis sanis magnam sancto- rum numerum fulgentem gloria ante oculos posuim vidit, inter quos & Hozius aderat splendidiore, quam reliqui, habi- tus, gloriaque multo illustriore, non quod faceret ille ceteris aut beatorum esset: sed quòd Deus gloriam hominis per infi- gnentem hanc formam competant Ignatio, ut ipsem referere- bat, testatamque esse voluisset. Quæ ex multis, tanta animi læticia completus ejus animus est, ut per multos dies suavissimum ex recordatione solum repræsentare non posset. Petrus Ribaden. in vita B. Ignatii lib. 2. cap. 12. Petr. Messius eod. lib. cap. 6.

* SANCTORUM SCIENTIA IN COELO. Ac primum

RERUM COELESTIUM. G

Cum Sancti in cœlo Deum videant, in quo beatitudinis totius summa est: Deus enim quamvis ubique sit, tamen prop- riè in cœlo esse dicitur, quia per sui manifestationem illic se præsentem ostendit, & ab his videtur qui cœlesti mansione sunt digni: vident in illo, quidquid ad statum eorum, atque illius perfectionem pertinet. Sciunt igitur, & vident abque velami- ne, quod dum hic viverent, sive dumtaxat apprehenderunt, quæ in hoc statu evacuatur. Quòd Apostolus insinuat, viden- tum inquit nunc, id est, in hac vita, per speculum, creatura- rum, phantasmatum, & mysteriorum humanitatis Christi, in enigmate, id est, per obscuram orationem, & apprehensio- nem. Videmus inquam, Deum, & divina. At tunc facie ad fa- ciem, hoc est, perfectè cognoscemus, & intuebimur Dei ef- sentiam, ejusque mysteria, sicut ipse intuetur, & cognoscit ef- sentiam nostram. Tunc inquit Chrysol. cognoscemus prædic- cæ, & accurremus ad Deum per amorem. Idque eo perfectio- nis gradu, ad quem nos ab æterno prædestinavit. I. Cor. 13.

RERUM TERRENARUM. H

Id est, earum, quæ geruntur apud nos. Angeli cognoscunt ea, quæ apud nos sunt, quòd & conce- dunt hæretici, & probatur clarissimis Scripturæ testimoniis. Primò, quia cognoscunt nostras orationes, & illas Deo of- ferunt, ut de se fatetur Angelus Raphael Tob. 12. his verbis: Quando orabas cum lachrymis, ego obtuli orationem tuam Domino. (Vide Augustinum epist. 120. ad Honoratum cap. 29.) Et de alio Angelo legimus Apocal. 8. 3. Alius Angelus venit, & stetit ante altare, habens thuribulum aureum: & data sunt illi incensa multa, ut daret de orationibus Sanctorum omnium super altare aureum, quòd est ante thronum Dei. Et ascendit fumus incensorum de orationibus Sanctorum de manu Ange- li coram Deo.

Secundò, cognoscunt internam conversionem, & peni- tentiam peccatoris, Luc. 17. 7. Dico vobis, quòd plus gaudii erit in cœlo super uno peccatore penitentiam agente, quam super

super nonaginta novem justis, qui non indigent penitentia, A. & infra v. 10. Ita dico vobis gaudium erit coram Angelis Dei super uno peccatore penitentiam agente.

Tertiò, cognoscunt omnem cultum, quem Deo exhibemus. Psal. 137. In conspectu Angelorum psallam tibi, Usitatum est in Scripturis, facere aliquid in conspectu Dei, in conspectu Angelorum, in conspectu hominum, id est, inspiciente Deo, Angelis, hominibus. Quemadmodum loquendi usurpat etiam Calvinus 1.4. Infr. c. 14. §. 1. cum ait, nos in usu, seu perceptione Sacramentorum, testari coram Angelis nostram erga Deum pietatem.

Quartò, cognoscunt habitum, & honestatem mulierum in publicis conventibus, ubi fit oratio I. Cor. 11. 5. Omnis autem mulier orans, aut prophetans non velato capite, deturpat cap- ut suum. Et infra: Ideò debet mulier velamen habere supra caput propter Angelos, vel, ut alii legunt: ideò debet mulier potestatem habere supra caput propter Angelos. Utriusque tamen idem sensus est, quasi dicat: Mulier cum orat, debet esse velato capite propter Angelos, ut habeat illos testes, & in- spiciat eos sui pudoris, & obedientie erga virum.

Etiã alii Sancti eadem cognoscunt, quæ Angeli, quoad ea, quæ apud nos geruntur.

B Joannes in Apocalypsi expressè tradit, Sanctos in cœlo non solum cognoscere nostras orationes, sed etiam Deo offerre. Nam c. 5. sic habet. Et vidi in dextera sedentis super thronum, librum scriptum intus, & foris signatum sigillis septem. Et vi- di Angelum fortem prædicantem voce magna: Quis est di- gnus aperire librum, & solvere signacula ejus; & nemo poterat neque in cœlo, & neque in terra, neque sub terra a- perire librum, neque respicere illum. Et ego sebam multum, quoniam nemo dignus inventus est aperire librum, nec vi- dere eum. Et uno de senioribus dixit mihi: Ne flevieris: Ecce vici. Leo de tribu Juda, radix David, aperire librum, & solvere septem signacula ejus. Et vidi, & ecce in medio throni, & quatuor animalium, & in medio seniorum, Agnum stan- tem tanquam occisum, &c. Et venit, & accepit de dextera se- dentis in throno librum. Et cum aperuisset librum, quatuor animalia, & viginti quatuor seniores ceciderunt coram A- gno, habentes, singuli citharas, & phialas aureas plenas o- doramentorum, quæ sunt orationes Sanctorum. Hic S. Joannes describit visionem, quam habuit in raptu, quæ erat hujus- modi. Deus pater sedebat in throno cœlesti, & tenebat in manu dextera librum septem sigillis signatum, quem nemo poterat aperire, seu interpretari, nisi Christus, qui est Agnus pro nobis occisus. Cum ergo is librum aperuisset, adoraverunt il- lum quatuor animalia, & viginti quatuor seniores, quæ habent phialas aureas plenas odoramentorum, quæ sunt oratio- nes Sanctorum. Igitur per viginti quatuor seniores intelli- guntur Sancti Veteris, ac Novi Testamenti, qui tunc temporis cum Christo erant in cœlesti gloria: non quidem omnes, sed præcipui. De quibus hæc traduntur. Primò, quod fuerint amici vestibus albis (cap. 4.) Secundò, quod habuerint au- reas coronas in capitibus (ibidem.) Tertio, quod fuerint redempti sanguine Christi ex omnibus, & lingue, & popu- lo, & natione (cap. 5.) Quartò, quod præter illos fuerint multi alii Sancti in cœlo (cap. 7.) Igitur hi seniores, qui tunc erant cum Christo, habebant in manibus phialas au- reas plenas odoramentorum, quæ sunt orationes Sancto- rum, id est offerabant Deo orationes eorum, qui in hac vi- ta mortali debebant: non scis quàm Angeli, qui idem præstant.

D EXEMPLA VIVENTIUM, IN QUIBUS EA SCIENTIÆ PRÆROGATIVA FUIT. Primò, SAMUEL cognovit omnia, quæ erant in corde Saulis. Reg. 9. Et respondit Samuel Sauli, dicens. Omnia, quæ sunt in corde tuo, indicabo tibi. Et deasimus, quæ nu- disertius perdidisti, non sollicitus sis, quia inventæ sunt. ELISEUS scivit omnia, quæ à famulo absente erant per- peperat. 4. Regum 5. Et dixit Eliseus, unde venis Giezi? Qui respondit: Non ivit servus tuus quoquam. At ille ait: Nonne cor meum in presenti erat, quando reversus est homo de curru suo in occursum tui? Nunc igitur accepisti argentum, & accepisti vestes, ut emas oliveta, & vineas, & oves, & boves, & servos, & ancillas. Sed & lepra Naaman adhæ- rit tibi, & semini tuo usque in sempiternum. De quo ita S. Augustinus lib. 22. de Civitate Dei cap. 29. Si

Propheta ELISEUS puerum suum Giezi absens corpore vidit accipientem munera, quæ dedit illi Naaman Syrus; quanto magis Sancti videbunt omnia, etiam unde sunt corpore absentes; Tunc erit perfectum illud, de quo loquens Apostolus: Ex parte inquit, scimus, & ex parte prophetamus: cum autem venerit, quod perfectum est, evacuabitur, quod ex parte est.

Ipse Eliseus sciebat omnia secreta consilia regis Syriæ, & revelabat ea Regi Israel 4. Reg. 6. Rex autem Syriæ pugnavit contra Israel, consiliumque inivit cum servis suis, dicens: In loco illo, & illo ponamus insidias. Misit itaque vir Dei ad Regem Israel, dicens: Cave, ne transcas in locum illum, quia ibi Syrii in insidiis sunt. Misit itaque Rex Israel ad locum, quem dixerat ei vir Dei, & præoccupavit eum, & agnovit se sibi, non semel, neque bis. Conturbatumque est cor regis Syriæ pro hac re: & convocatis servis suis ait: Quare non indica- distis mihi, quis proditor mei sit apud Regem Israel? Dixitque unus servorum ejus: Nequaquam, Domine mi Rex, sed Eliseus Propheta, qui est in Israel, indicat Regi Israel omnia verba, quæcumque locutus fueris in conclavi tuo.

DANIEL quoque sciebat occultum somnium Nabucho- donosoris, & interpretationem illius. Dan. 2. Et dixit rex Da- niel: Putasne, verè potes mihi indicare somnium, quod vidi, & interpretationem ejus? & respondens Daniel coram Rege, ait: Mysterium, quod rex interrogat, sapientes, magi, arioli, & aruspices nequeunt indicare Regi. Sed est Deus in cœlo re- velans mysteria.

S. PETRUS Apostolus sciebat etiam occultam fraudem Ananias, & Saphiræ circa pretium agri, Ab. 5. Vir quidam nomine Ananias cum Saphira uxore sua vendidit agrum, & fraudatus est de pretio agri, conscia uxore sua: & adrens partem quandam, ad pedes Apostolorum posuit. Dixit autem Petrus: Anania, cur tentavit Satanus cor tuum, men- tiri te Spiritui sancto, & fraudari de pretio agri? Omitto multa similia.

Siguitur Samuel, Eliseus, Daniel, Petrus, & alii potue- runt in hac vita mortali cognoscere occulta consilia, con- tus, & actiones aliorum, etiam absentium; certè poterunt, & nunc cognoscere, cum in cœlo sunt. Nec enim verisimi- le est, in exilio fuisse melioris conditionis, quàm nunc sint in patria: Et remotos à conspectu Dei cognovisse multa ex Dei revelatione, quæ nunc in aula, & præsentia Dei co- gantur ignorare. Absit, reclamant enim bonitas Dei, recta ratio, & exemplum viginti quatuor seniorum, de quibus supra.

Reduci poterunt ad locum præsentem nonnulla ex Locis de Beatitudine, Gloria cœlesti, Purgatorio, Con- fessione peccatorum, &c. Resurrectione.

* ORATIO SANCTORUM. PRO NOBIS ORANT.

Omnes Sancti, ait Origenes hom. 3. in Cantica, qui de hac vita discesserunt, habentes adhuc charitatem erga eos, qui in hoc mundo sunt, si dicantur curam gerere salutem eorum, & ju- vare eos precibus suis, atque interventu suo apud Deum, non erit inconveniens. Scriptum est enim in Machabæorum li- bris: Hic est Hieremias Propheta, qui semper orat pro populo.

Hieronymus contra Vigilantium c. 3. Dicit inquit, in libello H tuo, quod dum vivimus, multò pro nobis orare possimus: postquam autem mortui fuerimus, nullius sit pro alio exau- dienda oratio; præsertim cum Martyres ultionem sui sangui- nis obsecrantes, impetrare non quieverint. Si Apostoli & mar- tyres adhuc in corpore constituti possunt orare pro cæteris, quando pro se adhuc debent esse solliciti, quanto magis post coronas, victorias, & triumphos? Unus homo Moyses sexcen- tis millibus armatorum impetrat à Deo veniam, & Stephanus, imitator Domini sui, & primus martyr in Christo, pro per- secutoribus veniam deprecatur: at postquam cum Christo esse ceperint, minus valebunt? Paulus Apostolus ducentas septua- ginta sex sibi dicit in navi animas condonatas: & postquam resolutus esse ceperit cum Christo, tunc ora claturus est pro eis, qui in toto orbe ad suum Evangelium ceciderunt, mutire non poterit.

Augustinus in expositione Psal. 83. sub finem: Dominus nos- ter JESUS CHRISTUS adhuc interpellat pro nobis. Omnes Martyres